Fragmentarium

XX, 24 r

ad speculum quae respicit
solitudinem. audit procul om
nem late regionem plenae
caedecuenb. nec sup esse quem
quam qui nec eum potuisset eua
dere, Uenit ergo iosaphat
& omnis populus cum eo ad
deprehendendae spolia mastuo
rum, Inueneruntq. inter ca
dauera uarium supellec
tilem, Uestes quoq. & uasa
pretiosissima. & diripue
runt ut omnia portare non
possent. nec prae dies spolia
auferre propter magni
tudinem, Die autem quarto con
gregati sunt in uallem benedic
tionis, & enim ibi benedi
xerunt domino, Uocatumque
est locus ille uallis bene
dictionis. usq. in praesentem
diem, Reuersusq. est omnis
uir iudae & habitatores
hierusalem. & iosaphat ante
eos in hierusalem cum laetitia
magna. eo quod dedisset & eis
dominus gaudium de inimicis
suis, Ingressi sunt hierusa
lem cum psalterio & cithara
& tubis in domum domini, Insuit
autem pauor domini super uniuersa
regna terrarum. quum audis
sent quod pugnasset dominus con
tra inimicos israhel, Quieuit
regnum iosaphat. & praebuit ei deus
pacem per circuitum, Regnauit igitur io
saphat super iudaeam. & erat
triginta quinque annorum quum
regnare coepisset, Viginti
autem & quinque annis regnauit
in hierusalem, & nomen ma
tris eius azubae filiae selahi,
Et ambulauit in uia patris
sui asa. nec declinauit ab
ea faciens quae placita
erant coram domino, Uerum
tamen excelsa non abstu
lit. adhuc populus non direxi
erat cor suum ad deum patrum
suorum, Reliqua autem
gestorum iosaphat priorum
& nouissimorum. scripta sunt
in uerbis hieu filii hanani
quae digessit in libro regum
israhel, Post haec iniit amici
tias iosaphat rex iudae cum
ochozia rege israhel. cuius
opera fuerunt pessima. & XX, 37
particeps fuit ut faceret

12

License: public_domain – München, Bayerische Staatsbibliothek, Clm 29260(2, 2r – Old Testament (https://fragmentarium.ms/view/page/F-8xn2/10119/73660)